

**Landesbibliothek Oldenburg**

**Digitalisierung von Drucken**

**Lehrbuch und Chrestomathie des classischen  
Pandecten-Rechts, zu exegetischen Vorlesungen**

**Hugo, Gustav**

**Göttingen, 1790**

**VD18 9054482X**

Neuntes Buch. Von der bürgerlichen Gerichtsverfassung.

**urn:nbn:de:gbv:45:1-14807**

## Neuntes Buch.

## Von der bürgerlichen Gerichtsverfassung.

§. 90.

**D**ie Befugniß, bei Privatrechtsachen das zu thun, was von Seiten des Staats dabei gethan werden muß, heißt im allgemeinen Sinne iurisdictio. Sie läßt sich ohne ein Recht zu zwingen nicht gedenken.

*II. 1. fr. 1. (Vlp.)* Ius dicentis officium latissimum est, nam et bonorum possessionem dare potest, et in possessionem mittere, pupillis non habentibus tutores constituere, iudices litigantibus dare.

*fr. 2. (Iau.)* Cui iurisdictio data est, ea quoque concessa esse videntur, sine quibus iurisdictio explicari non potuit.

*fr. 3. (Vlp.)* Imperium aut merum aut mixtum est. Merum est imperium, habere gladii potestatem, ad animaduertendum facinorosos homines, quod etiam potestas appellatur. Mixtum est imperium, cui etiam iurisdictio inest, quod in danda bonorum possessione consistit. Iurisdictio est etiam iudicis dandi licentia.

*II. 3. fr. 1. (Vlp.)* Omnibus magistratibus, non tamen duumuiris, secundum ius potestatis

tis suae concessum est, iurisdictionem suam defendere poenali iudicio. §. 1. Is videtur ius dicenti non obtemperasse, qui quod extremum in iurisdictione est non fecit, veluti si quis rem mobilem vindicari a se passus non est, sed duci eam vel ferri passus est — —. §. 4. Hoc iudicium non ad id quod interest, sed quanti ea res est, concluditur, et cum meram poenam contineat, neque post annum neque in heredem datur.

§. 91.

Die iurisdictio haben der Kaiser, einige neue und einige alte obrigkeitliche Personen. Letztere dürfen die Ausübung dieses Rechts sogar an andere, diese seyen obrigkeitliche Personen oder nicht, überlassen. Die Municipalobrigkeiten haben sie nur bis auf eine gewisse Summe, und mit Ausnahme der Sachen, worin der Gouverneur selbst erkennt.

II. I. fr. 13. (*Vlp.*) pr. Eum, qui iudicare iubet, magistratum esse oportet. §. 1. — — vel is, qui in potestate aliqua sit; vt puta Proconsul vel Praetor vel alii, qui prouincias regunt.

fr. 5 (*Iul.*) More maiorum ita comparatum est, vt is demum iurisdictionem mandare possit, qui eam suo iure, non alieno beneficio haberet.

CAPIT. in *Marco* 10. Multis et praetoriis et consularibus priuatis decidenda negotia delegauit,

gauit, quo magis eorum cum exercitio iuris auctoritas cresceret — —. II. Datis iuridicis Italiae consuluit, ad id exemplum, quo Hadrianus consulares viros reddere iura praeciperat.

*II. I. fr. 20. (Paul.)* — — Impune non patetur — — si supra iurisdictionem suam velit ius dicere.

*fr. II. (Cai.) pr.* Si idem cum eodem pluribus actionibus agat, quarum singularum quantitas intra iurisdictionem iudicantis sit, coacervatio vero omnium excedat modum iurisdictionis eius: apud eum agi posse Sabino, Cassio, Proculo placuit —.

*fr. 19. (Vlp.)* — — quantum petatur quaerendum est, non quantum debeatur.

*PAVL. V. A. §. I.* Res iudicatae videntur ab his, qui imperium potestatemque habent, vel qui ex auctoritate eorum inter partes dantur: itemque a magistratibus municipalibus, usque ad summam, quae ius dicere possunt, itemque ab his, qui ab Imperatore extra ordinem petuntur —.

### §. 92.

Niemand darf in seiner eigenen Sache Recht sprechen, wenn es nicht eine bloße Fenerlichkeit betrifft; und niemand darf einen magistratus, der ihm gleich oder gar höher ist, zwingen, vor ihm Recht zu nehmen.

*II.*

*II. i. fr. 10. (Vlp.)* Qui iurisdictioni praeest, neque sibi ius dicere debet, neque vxori vel liberis suis, neque libertis vel caeteris, quos secum habet.

*I. 14. fr. 1. (Vlp.)* Apud filium familias Praetorem potest pater eius manumittere.

*fr. 2. (Paul.)* Sed etiam ipsum apud se emancipari vel in adoptionem dari placet.

*II. i. fr. 14. (Vlp.)* Est receptum eoque iure utimur, vt si quis maior vel aequalis subiiciat se iurisdictioni alterius, possit ei et aduersus eum ius dici.

§. 93.

Wer iurisdic<sup>tio</sup> hat, dessen Gewalt geht so weit, daß er neue Rechtssäge dabe<sup>y</sup> folgen, und diese zum voraus durch Anschlag oder Ausstellung bekannt machen kann. Wenn eine solche Bekanntmachung beschädigt oder weggenommen wird, so bestraft man den Thäter mit einer Geldsumme, die jeder einfordern kann. Die obrigkeitliche Person muß es sich aber gefallen lassen, daß jeder neue Rechtssatz auch gegen sie selbst angewendet wird, und eben so die Parthen welche darum angesucht hat.

*II. i. fr. 7. (Vlp.)* Si quis id, quod iurisdictionis perpetuae causa, non quod prout res incidit, in albo, vel in charta, vel in alia ma-

ß

teria

teria propositum erit, dolo malo corruperit: datur in eum quingentorum aureorum iudicium, quod populare est. — — 5. Hoc vero edicto tenetur et qui tollit, quamuis non corruperit — — .

**II. 2. fr. 1. (Vlp.)** QVI MAGISTRATVM POTESTATEMVE HABEBIT, SI QVID IN ALIQVEM NOVI IVRIS STATVERIT, IPSE QVANDOQVE ADVERSARIO POSTVLANTF EODEM IVRE VTI DEBET. SI QVIS APVD EVM, QVI MAGISTRA-TVM POTESTATEMQUE HABERIT, ALIQUID NOVI IVRIS OBTINVERIT, QVANDOQVE POST-EA ADVERSARIO EIUS POSTVLANTE, EODEM IVRE ADVERSVS EVM DECERNETVR. SCILI-CET VT QVOD IPSE IN ALTERIVS PERSONA AEQVVM ESSE CREDIDISSET, ID IN IPSIUS QVOQVE PERSONA VALERE PATIATVR.

**fr. 4. (Cai.)** Illud eleganter Praetor excepit: PRAETERQVAM SI QVIS EORVM CONTRA EVM FECERIT, QVI IPSE EORVM QVID FECISSET — .

### §. 94.

Wer iurisdictio hat, darf zuweilen, wenn wichtige Ursachen eintreten, von der Regel des gemeinen Rechts abweichen, und etwas, was geschehen ist, für nicht geschehen, etwas, was nicht geschehen ist, für geschehen annehmen, um einen unbilligen Verlust zu verhüten.

**IV.**

*IV. 1. fr. 7. (Marcell.) pr. D. Antoninus — praetori — rescripsit: ETSI NIHIL FACILE MVTANDVM EST EX SOLENNIBVS, TAMEN VBI AEQUITAS EVIDENS POSCIT, SVBVENIENDVM EST. ITAQVE SI CITATVS NON RESPONDIT, ET OB HOC MORE PRONVNCIATVM EST, CONFESTIM AVTEM PRO TRIBVNALI TE SEDENTE ADIIT: EXISTIMARI POTEST NON SVA CVLPA, SED PARVM EXAVDITA VOCE PRAECONIS DEFVISSE: IDEOQVE RESTITVI POTEST.*

*fr. 3. (Mod.) Omnes in integrum restitutio-nes causa cognita a Praetore promittuntur, scilicet ut iustitiam earum causarum examinet, an verae sint, quarum nomine singulis subuenit.*

*IV. 2. fr. 1. (Vlp.) Ait Praetor: QVOD M-  
TVS CAVSA GESTVM ERIT, RATVM NON HA-BEBBO.*

*IV. 3. fr. 1. (Vlp.) §. 1. Verba autem edicti talia sunt: QVAE DOLO MALO FACTA ESSE DICENTVR, SI DE HIS REBUS ALIA ACTIO NON ERIT, ET IVSTA CAVSA ESSE VIDEBITVR, IV-DICIVM DABO.*

*IV. 4. fr. 1. (Vlp.) §. 1. Praetor edicit: QVOD CVM MINORE, QVAM VIGINTI QVINQUE AN-NIS NATV GESTVM ESSE DICETVR, VTI QVAEQVE RES ERIT, ANIMADVERTAM.*

*fr. 9. (Vlp.) §. 1. In dotis quoque modo mulieri subuenitur —. §. 2. — Placet in delictis*

*J 2 mino-*

minoribus non subueniri — — §. 6. Aduersus libertatem quoque minori a Praetore subueniri impossibile est.

*fr. 10. (Paul.) Nisi ex magna causa hoc a Principe fuerit consecutus.*

*IV. 5. fr. 2. (Vlp) §. 1. Ait Praetor: Qui QVAEVE POSTEAQVAM QVID CVM HIS ACTVM CONTRACTVMVE SIT, CAPITE DIMINVTI, DIMINVTAE ESSE DICENTVR: IN EOS EASVE, PERINDE QVASI ID FACTVM NON SIT, IVDICIVM DABO.*

*IV. 6. fr. 1. (Vlp.) §. 1. Verba autem edicti talia sunt: Si CVIVS QVID DE BONIS, CVM IS METV AVT SINE DOLO MALO REI PUBLICAE CAVSA ABESSET, INVE VINCVLIS, SERVITVTE, HOSTIVMVE POTESTATE ESSET: SIVE CVIVS ACTIONIS EORVM CVI DIES EXISSE DICETVR: ITEM SI QVIS QVID VSV SVVM FECISSET, AVT QVOD NON VTENDO AMISIT CONSECVTVS, ACTIO- NEVE, QVA SOLVTVS OB ID, QVOD DIES EIVS EXIERIT, CVM ABSENS NON DEFENDERETVR INVE VINCVLIS ESSET, SECVMVE AGENDI PO- TESTATEM NON FACERET, AVT CVM EVM INVITVM IN IUS VOCARI NON LICERET, NEQVE DE- FENDERETVR, CVMVE MAGISTRATVS DE EA RE APPELLATVS ESSET, SIVE CVI PRO MAGISTRATV SINE DOLO IPSIVS, ACTIO EXEMTA ESSE DICE- TVR: EARVM RERVM ACTIONEM INTRA ANNVM, QVO PRIMVM DE EA RE EXPERIVNDI POTESTAS ERIT. ITEM SI QVA ALIA MIHI IVSTA CAVSA ESSE VIDEBITVR, IN INTEGRVM RESTITVAM,*  
QVOD

QVOD EIVS PER LEGES, PLEBISCITA, SENATVS-  
CONSVLTA, EDICTA, DECRETA PRINCIPVM LICEBIT.

*IV. 7. fr. 1. (Cai.) pr.* Omnibus modis Pro-  
consul id agit, ne cuius deterior causa fiat ex  
alieno facto. Et cum intelligeret iudiciorum  
exitum interdum duriorem nobis constitui op-  
posito nobis alio aduersario, in eam quoque  
rem prospexit: ut si quis, alienando rem, alium  
nobis aduersarium suo loco substituerit, idque  
data opera in fraudem nostram fecerit, tan-  
ti nobis in factum actione teneatur, quanti  
nobis intersit, alium aduersarium nos non ha-  
buisse.

§. 95.

Die obrigkeitliche Person, nimmt bey ihrem  
Verfahren, sobald eine Klage da ist, auf alle  
nicht verbotene Verabredungen der Parthenen  
Rücksicht, um das Klagrecht zu modifiziren, oder  
gar zu tilgen.

*II. 14. fr. 7. (Vlp) §. 7. Ait Praetor: PACTA  
CONVENTA, QVAE NEQVE DOLO MALO, NEQVE AD-  
VERSUS LEGES, PLEBISCITA, SENATVS CONSVLTA,  
EDICTA PRINCIPVM, NEQVE QVO FRAVS CVI EO-  
RVM FIAT, FACTA ERVNT, SERVABO.*

*fr. 1. (Vlp.) pr.* Huius edicti aequitas natu-  
ralis est, quid enim tam congruum fidei hu-  
manae, quam ea, quae inter eos placuerunt,  
seruare? — §. 2. Et est pactio duorum plu-  
riimum in idem placitum consensus.

**II. 15. fr. 1. (Vlp.)** Qui transigit, quasi de re dubia et lite incerta neque finita transigit: qui vero paciscitur, donationis causa rem certam et indubitatam liberalitate remittit.

**fr. 2. (Vlp.)** Transactum accipere quis potest, non solum si Aquiliana stipulatio fuerit subiecta, sed et si pactum conuentum fuerit factum.

**fr. 8. (Vlp.) pr.** Cum hi, quibus alimenta relicta erant, facile transigerent contenti modico praesenti: D. Marcus, oratione in senatu recitata, effecit, ne aliter alimentorum transactio rata esset, quam si auctore Praetore facta.

**PAVL. I. i. §. 4.** Neque contra leges, neque contra bonos mores pacisci possumus. Pactum contra ius, aut constitutiones aut senatusconsultum interpositum nihil momenti habet. 5. De rebus litigiosis et conuenire et transigere possumus. Post rem iudicatam pactum, nisi donationis causa interponatur, seruari non oportet. 6. Functio dotis pacto mutari non potest, quia priuata conuentio iuri publico nihil derogat. 7. De criminibus, propter infamiam, nemo cum aduersario pacisci potest.

### §. 96.

Eine obrigkeitliche Person muß in sehr vielen Fällen andere Römer zuziehen. Besonders ist der praetor in gewissen, vorzüglich Erbschaftssachen,

Neuntes Buch. V. d. bür. Gerichtsverf. 135

Sachen, nur der Präsident des iudicium centumuirale, bey welchem aber auch ein decemuir seine Stelle vertreten kann.

PLIN. *V. Ep. 21.* — Praetor qui centumuiralibus praesidebat — .

PLIN. *VI. Ep. 33.* — Frequens necessitas computandi, — vt repente in priuati iudicii formam centumuirale vertatur.

VLP. *I. 13.* — In consilium autem adhibentur Romae quinque Senatores, et quinque equites Romani: in prouincia viginti recuperatores, ciues Romani.

§. 97.

Der Regel nach nimmt derjenige, welcher iurisdictio hat, nur solche Dinge selbst vor, wobei es mehr auf Befehle zur Einleitung des Processus und zur Execution, als auf die Untersuchung der Wahrheit einzelner Thatsachen ankommt. Diese letztere muß die obrigkeitsliche Person jemand anders überlassen, ausgenommen, wenn das ganze Verfahren erst in neuern Zeiten entstanden ist.

*I. 14. fr. 4. (Vlp.)* Praetor neque tutorem neque specialem iudicem ipse se dare potest.

*L. 16. fr. 178. (Vlp.)* §. 2. — — Persecutionis verbo extraordinarias persecutio-

nes

nes puto contineri, vt puta fideicommissorum,  
et si quae aliae sunt, quae non habent iuris or-  
dinarii executionem.

*L. 13. fr. 1. (Vlp.) pr.* Praeses prouinciae  
de mercedibus ius dicere solet, sed praecepto-  
ribus tantum studiorum liberalium —. §. 1.  
Medicorum quoque eadē causa est, quae pro-  
fessorum —. §. 4. An et philosophi? — —  
et non putem — — quia hoc primum profi-  
teri eos oportet, mercenariam operam spernere.  
§. 5. Proinde ne iuris quidem ciuilis professo-  
ribus ius dicent, — — quaedam enim, tam-  
etsi honeste accipiāntur, inhoneste tamen pe-  
tuntur. §. 6. Ludi quoque litterarii magistris,  
licet non sint professores. — — §. 8. Sed et si  
comites salaryū petant —. §. 9. Sed aduersus  
ipſos omnes cognoscere praeses debet —. §. 10.  
In honorariis aduocatorum ita versari iudex de-  
bet: vt pro modo litis, proque aduocati fa-  
cundia, et fori consuetudine et iudicij, in quo  
erat acturus, aestimationem adhibeat. — §. 12.  
— Licta autem quantitas intelligitur pro singu-  
lis causis usque ad centum aureos. §. 13. D. Se-  
uerus ab heredibus aduocati, mortuo eo, prohi-  
buit mercedem repeti, quia per ipsum non  
steterat, quo minus causam ageret. §. 14. Ad  
nutricia quoque officium praesidis vel praeto-  
ris deuenit —. §. 15. Haec omnia si apud pre-  
ſides petantur, videamus, an de mutuis petitio-  
nibus

nibus possint praefides cognoscere? et putem debere admitti.

*fr. 5. (Call.) pr.* Cognitionum numerus, cum ex variis causis descendat, in genera diuidi facile non potest, nisi summatim diuidatur. — Aut enim de honoribus siue muneribus gerendis agitur, aut de re pecuniaria disceptatur, aut de existimatione alicuius cognoscitur, aut de capitali crimine quaeritur.

*L. 14. fr. 3. (Vlp.) pr.* De proxenetico — solent praefides cognoscere. —

§. 98.

Von jedem Befehle desjenigen, der einen Obern hat, kann man sich an diesen wenden: es muß aber binnen zwey Tagen geschehen, wenn es die eigene Sache betrifft; sonst hat man noch am dritten Zeit.

*IL. 1. fr. 1. (Vlp.) pr.* Appellandi usus quam sit frequens, quamque necessarius nemo est, qui nesciat: quippe cum iniuriam iudicantium vel imperitiam corrigat, licet nonnunquam bene latas sententias in peius reformet; neque enim utique melius pronunciat qui nouissimus sententiam latus est. §. 1. — — Rescriptum D. Pii: — **SI SCRIPSERIT QVISQVAM AD NOS ET ILLI ALIQUID RESCRIPSERIMVS, VOLENTI AD SENTENTIAM NOSTRAM PROVOCARE PER-**

MISSVM ERIT — — §. 3. Si quis — vel parem vel maiorem iudicem appellauerit, alium tamen pro alio: in ea causa est, ut error ei non noceat: sed si minorem, nocebit. §. 4. Libelli, qui dantur appellatorii, ita sunt concipiendi, ut habeant scriptum et a quo dati sint, hoc est, qui appelleat, et aduersus quem, et a qua sententia.

*fr. 2. (Macer.)* Sed si apud acta quis appellauerit, satis erit, si dicat: APPVELO.

*fr. 5. (Marcian)* § 5. Si quis ipso die inter acta voce appellauit, hoc ei sufficit.

*IL. 4. fr. 1. (Vlp.)* §. 11 In propria causa biddenum accipitur — — §. 15 Si aduersus absensem fuerit pronunciatum, biddenum vel triduum, ex quo quis scit, computandum est, non ex quo pronunciatum est, — si non in causa per procuratorem defensus est,

*PAVL. V. 32.* Qnoties iusiurandum postulatur, eo tempore appellandum est, quo deferuntur, non quo iuratur.

*IL. 2. fr. 1. (Vlp.)* §. 1. — Stultum est illud admonere, a Principe appellare fas non esse, cum ipse sit, qui prouocatur. §. 2. Sciendum est appellari a senatu non posse Principem. — §. 3. Si quis ante sententiam professus fuerit, se a iudice non prouocaturum, indubitate prouocandi

candi auxilium perdidit, §. 4. Interdum Imperator ita solet iudicem dare, ne liceret ab eo prouocare, ut scio saepissime a D. Marco iudices datos. An et alius possit ita iudicem dare, videbimus. Et puto non posse.

*IL. 3. fr. 1. (Vlp.) pr.* Dicitur eum appellari, qui dedit iudicem — §. 1. Ab eo, cui quis mandauit iurisdictionem, non ipse prouocabitur, nam generaliter is erit prouocandus ab eo, cui mandata est iurisdictio, qui prouocaretur ab eo, qui mandauit iurisdictionem.

*fr. 2. (Venul.)* Appellari a legatis Proconsul potest —.

*fr. 3. (Mod.)* Dato iudice a magistratibus populi Romani cuiuscunque ordinis, etiam si ex auctoritate Principis, licet nominatim iudicem declarantis, dederint, ipsi tamen magistratus appellabuntur.

§. 99.

Man appellirt nicht nur gegen ein Urtheil in Civilsachen, sondern auch gegen eines in Criminalsachen, und gegen Ernennung zu einer Municipalbeschwerde. Wer zum Tutor ernannt ist, muß erst abwarten, ob man seine excusatio verwirft.

*IL. 10. fr. 1. (Vlp.)* Si qui ad munera publica nominati appellauerint, nec causas probauerint; sciant ad periculum suum pertinere,

si

si quid damni per moram appellationis reipublicae acciderit. Quod si apparuerit, eos necessario prouocasse, cui adscribendum sit id damnum, Praeses vel Princeps aestimabit.

*IL. 4 fr. 1. (Vlp.) §. 1.* Si quis tutor datus fuerit, vel testamento vel a quo alio, qui ius dandi habet, non oportet eum prouocare: hoc enim D. Marcus effecit: sed intra tempora praestituta excusationem allegandam habet, et si fuerit repulsa, tunc demum appellare debebit. —

### §. 100.

Zuweilen ist gar keine Appellation in der bestimmten Zeit nothig, und zuweilen wird gar keine zugelassen. Wenn aber die Appellation ordentlich geschieht, so schadet es nichts, daß der Unterrichter sie verwirft, oder kein Schreiben an den Oberrichter geben will, wenn nur der Appellant um dieses bittet.

*IL. 1. fr. 19. (Mod.)* Si expressim sententia contra iuris rigorem data fuerit, valere non debet, et ideo et sine appellatione causa denuo induci potest. Non iure profertur sententia, si specialiter contra leges, vel senatusconsulatum, vel constitutionem fuerit prolata —.

*IL 8 fr. 1. (Macer) pr.* Illud meminerimus, si quaeratur iudicatum sit nec ne, et huius questionis iudex non esse iudicatum pronunciauerit, licet fuerit iudicatum: rescinditur, si prouocatum

uocatum non fuerit. §. 1. Item si calculi error in sententia esse dicatur, appellare necesse non est —. §. 2. — Contra constitutiones — iudicatur, cum de iure constitutionis, non de iure litigatoris pronunciatur. — §. 3. Item cum edicto peremptorio, quod neque propositum est, neque in notitiam peruenit, absentis condemnatio fit, nullius momenti esse sententiam constitutiones demonstrant. —

fr. 2. (Paul.) pr. Paulus respondit, eum, qui in rebus huianis non fuit sententiae dictae tempore, inefficaciter condemnatum videri —.

IL. 5. fr. 7. (Paul.) Si res dilationem non recipiat non permittitur appellare, ne vel testamentum aperiatur, — ne frumentum in usum militum, in annonae subsidia, contrahatur: neve scriptus heres in possessionem inducatur. §. 1. Item si ex perpetuo edicto aliquid decernatur — §. 2. Item quo minus pignus vendere liceat, appellari non potest.

PAVL. V. 5. A. §. 7. Trinis litteris vel editis, aut uno pro omnibus dato, aut trina denunciatione conuentus nisi ad iudicem, a quo sibi denunciatum est, aut cuius litteris vel editis conuentus est, venerit, quasi in contumacem dicta sententia auctoritatem rerum iudicatarum obtinet; quin imo nec appellari potest ab ea.

PAVL.

**P**AVL. V. 35. §. 2. Moratorias appellationes, et eas, quae ab executoribus et confessis fiunt, recipi non placuit.

**P**AVL. V. 34. §. 1. Ab eo, a quo appellatum est, ad eum, qui de appellatione cognitus est, litterae dimissoriae diriguntur, quae vulgo Apostoli appellantur: quorum postulatio et acceptio intra quintum diem ex officio facienda est.  
2. Qui intra tempora praestituta dimissorias non postulauerit, vel acceperit, vel reddiderit, prescriptione ab agendo submouetur.

**I**L 6. fr. 1. (*Marcian.*) §. 2. Sufficit autem petuisse intra tempus dimissorias instanter et saepius, ut, et si non accipiat, id ipsum contestetur: nam instantiam repetentis dimissorias constitutiones desiderant. —

**I**L 5. fr. 6. (*Mater.*) Sciendum est, cum appellatio non recipitur, praecipi sacris constitutionibus omnia in eodem statu esse, nec quidquam nouari: eumque, qui appellationem non receperit, opinionem suam confessim per relationem manifestare et causam, pro qua non recepit appellationem, eiusque exemplum litigatori edere debere mandatis cauetur.

### §. 10.

Wer appellirt muß Sicherheit leisten, daß wenn er Unrecht behalte, er eine gewisse Summe, meist

meist den dritten Theil dessen, worüber gestritten wird, seinem Gegner, als Strafe, erlegen wolle. Die Unkosten erseht er ohnehin, und zwar vierfach.

PAVL. V. 33. §. 1. Ne liberum quis et solutum habeat arbitrium retractandae et reuocandae sententiae, et poenae et tempora appellatoribus praestituta sunt, et, nisi iuste appellauerint, tempora ad cauendum in poena appellationis quinque dierum praestituta sunt. — —  
2. Ne quis in captionem verborum in cauendo incidat, expeditissimum est, poenam ipsam, vel quid aliud pro ea deponere: necesse enim non habet sponsorem quis fideiussoremue dare, aut praesens esse: sed si contra eum fuerit pronuntiatum, perdit quod depositum. — 4. Si plures appellant, vna cautio sufficit, et si vnum caueat omnibus vincit. 5. Cum a pluribus sententiis prouocatur, singulae cautiones exigendae sunt. — 6. Modus poenae, in qua quis cauere debet, specialiter in cautione exprimendus est, vt sit in qua stipulatio committatur. — 7. Assertor, si prouocet, in eiusmodi tertiam cauere debet, quanti causa aestimata est. 8. In omnibus pecuniariis causis magis est, vt in tertiam partem eius pecuniae caueatur.

PAVL. V. 37. Omnimodo ponendum est, vt quoties iusta appellatio pronunciatur, sumpitus, quos, dum sequeretur, aduersarius impedit

pendit reddere cogatur, non simplos sed quadruplos.

§. 102.

Wenn der Besitzer appellirt, so muß er bis zu Ausgang der Sache die Früchte deponiren.

PAVL. V. 36. §. 1. Quoties possessor appellat, fructus medii temporis deponi conuenit. Quodsi petitor prouocet, fructus in causa depositi esse non possunt, nec recte eorum nomine satisratio postulatur. 2. Si propter praedia urbana, vel mancipia, appelletur, pensiones eorum, vel mercedes, vecturae etiam, si de naui agatur, deponi solent.

IL. I. fr. 21. (Papir.) §. 3. Idem rescriperunt: quamvis usitatum non sit, post appellationem fructus agri, de quo disceptatio sit, deponi; tamen, cum populitarentur ab aduersario, aequum sibi videri, fructus apud sequentes deponi.

§. 103.

Wenn von dem Ausspruche dessen, der iurisdictio hat, oder des von ihm gegebenen iudex, nicht appellirt ist, so wird die Sache für entschieden angenommen, so daß der Proceß nicht erneuert werden darf, als binnen 10 und 20 Jahren, und mit Gefahr das Doppelte zu verlieren.

PAVL.

PAVL. V. 5. A. §. 1. Res iudicatae videntur ab his (s. beym §. 91.) Ex compromisso autem iudex sumtus rem iudicatam non facit: sed si poena inter eos promissa sit, poena rei in iudicium deductae ex stipulatu peti potest.  
2. Confessi debitores pro iudicatis habentur: ideoque ex die confessionis tempora solutio- ni praestituta computantur. 3. Confiteri quis in iudicio non tantum sua voce, sed et litteris et quocunque modo potest: conuinci au- tem non, nisi scriptura, aut testibus, potest.  
4. Eorum, qui debita confessi sunt, pignora capi et distrahi possunt. — 6. Ea, quae al- tera parte absente decernuntur, vim rerum iu- dicatarum non obtinent. 7. Trinis litteris vel edictis — (s. beym §. 100.). — 10. Fal- sis instrumentis religione iudicis circum- ducta, si iam dicta sententia prius de cri- mine admissa constiterit, eius causae instau- ratio iure depositur.

COD. GREG. X. I. *const. 1. (Alex.)* Quae in libello contulisti, Praesidi prouinciae al- lega, qui non ignorat, eum, qui per con- tumaciam absens condemnatur, nec appel- lationis auxilio vti, aut in duplum reuocare posse.

PAVL. V. 5. A. §. 8. Res olim iudicata post longum silentium in iudicium deduci non  
R potest,

potest, nec eo nomine in duplum reuocari. Longum autem tempus, exemplo longae prae-  
scriptionis, decennii inter praefentes, et inter  
absentes vicennii computatur.

**PAVL. I. 19. §. I.** Quaedam actiones, si a  
reo inficientur, duplantur, velut iudicati --.

**II. Ius**



# Personenrecht.

## Zehntes Buch.

### Bon der Sklaveren.

§. 104.

Die Verschiedenheit der Menschen, welche den meisten Einfluß auf ihre Rechte hat, ist die, daß sie entweder Sklaven sind, oder nicht. Die Sklaveren findet sich bey allen gesitteten Völkern, und sie gibt, der Regel nach, eben die Rechte, wie das Eigenthum an andern Dingen. Indessen seitdem der Staat angefangen hat, die Willkür einzelner Bürger einzuschränken, auch in solchen Fällen, wo kein Mitbürger unmittelbar darunter litt, seitdem wird ein Herr, der seinen Sklaven körperlich mishandelt, entweder bestraft, oder wenigstens gezwungen, ihn zu verkaufen.

INST. I. 3. pr. Summa itaque diuisio de iure personarum haec est, quod omnes homines aut liberi sunt aut serui. §. 1. Et libertas quidem — est naturalis facultas eius, quod cuique facere libet, nisi si quid vi aut iure prohibetur. §. 2. Seruitus autem est constitutio iuris gentium, qua quis dominio alieno contra

R 3 naturam